



V 0005

abg. Nr. 248  
abg. Nr. 248.

Finnus, Fr., defensio II.  
M. 3 weitere Schriften

J

M. III. 91.



COMPENDIUM  
THESIVM SAMVELIS  
H V B E R I S

DE UNIVERSALI RE  
DEMPTIONE GENERIS HUMANI,  
FACTA PER CHRISTVM  
IESVM  
*Contra Calvinistas.*



TUBINGÆ  
*Excudebat Georgius Gruppenbachius.*

1590.

PIÆ ET DOCTÆ fU-

uentuti in alma Academia

Tubingensi,

S. D.

 HESSES DE VNIVERSALI RE-  
demptione Christi , de quibus per gratiam Dei,  
præside Reuerendo & Clarissimo Viro , Domi-  
no Stephano Gerlachio , Doctore & Professore,  
SS. Theologiæ, disputabitur ; creuerunt tantope-  
rè , doctissimi iuuenes , vt verear aliquibus vix tantum pecu-  
niæ suppeterem , vt ijs sibi cōparatis , ad disputationem se instrue-  
re & armare possint . Neque mea sariè res ita abundat , vt sin-  
gulis possim , pro solito & laudabili Academiæ huius more , ex  
meo comparare & largiri . Itaque visum est , illa , quæ prolixius  
sunt pertractata , in vnum , quoad eius fieri potuit , volumen  
contrahere , vt & vobis & mihi , si ita opus videbitur , in mi-  
nuendis sumptuosis prospicerem . Qui itaque libellum mearum  
Thesum non acquirere sibi poterunt , eis hoc utilicebit com-  
pendio . Respondebitur argumentis contra has Theses obiectis ,  
& què , ac si contra Theses , in opusculo meo comprehensas , ob-  
ijcerentur . Petimus aitem maiorem in modum , vt qui libel-  
lum emere possunt , contra Theses in illo positas sese instruant ,  
& obijciant quæ possunt : & examinentur prolixæ illæ , sen-  
tentiae nostræ probationes . & confutationes argumentorum  
aduersæ partis : & experiamur , quām solide ex verbo Domini  
veritas asserta , & impia aduersariorum doctrina confutata sit .

Samuel Huberus.

# Compendium Thesum

Samuelis Huberi,

DE UNIVERSALI

REDEMPTIONE GENERIS

humani, facta per Christum

Iesum.

## Thesis I.



CHRISTVS IESVS, FILIVS DEI  
vnigenitus, passus & mortuus est pro toto genere  
humano, nemine omnium hominum excepto.

2. Caluinistæ id negant tum dissimulanter tum  
apertè: & Christianam Religionem isto manifesto  
& apostatico scelere funditū euertēre conantur.

3. Dissimulanter faciunt, cùm suam, quam d<sup>e</sup> Prædestinatione  
finixerunt, θεομαχiaν indesinenter vrgent: quæ per, e<sup>d</sup> spectat, vt op-  
presso nomine Christi, Christianæ religionis caput extinguitur.

4. Ob horrificum autem facinus reprehensi, & apostatici huius  
erroris conuicti, aliqui vt primū se in isto crimine infames esse facti  
cernunt: alio insuper dissimulationis pallio scelus inuoluunt, & dicunt,  
Christum sufficienter pro omnibus esse moruum, non autem efficienter.

5. Vocabulum (Sufficienter) irea significatione acceptum, in  
qua pia antiquitas accepit, non auersimur, sed probamus potius: Ve-  
rūm Caluinistæ fabricantes sinistrā & equiuocam vocabuli significa-  
tionem, fucum eo simplicioribus faciunt.

6. Hoc enim volunt: Christi mortem adeò esse potentem, vt si ea  
vellet omnibus hominibus succurrere, per facile id posset.

7. Verūm, vt videas venenum medicatum: negant simpliciter,  
Christum peccata totius generis humani in se recipere voluisse: quippe  
multos, & plerosq<sub>z</sub> quidem homines, in hunc finē à Deo cōditos esse, vt pe-  
reant, eamq<sub>z</sub> ob causam, nullam etiā ab ēterno eis gratiā à Deo decretam  
esse: vt licet sufficeret pro omnibus mors Christi, attamen quamplurimis  
nunquam sit à Deo destinata.

A 2 8. Istos

a In Thesib. Mum-  
pel. & Resp. i. atque Jacobus Grynaeus, c David Pareus, & d Daniel Tossanus, qui clara  
Ref. 2.

b Thes. veræ &  
orth. doct. & perspicua voce hanc à Christo & Euangelio ipsius manifestam apo-  
stasiam toti intonant Christiano orbi.

c Apol. Bibl. suo-  
rum.

d Disp. num Chri-  
stus pro omnibus & intolerabile esse, docere, Christum pr. toto mundo mori voluisse, aut  
mortuus, mortuum esse: sed duntaxat pro aliquibus, in secreto & appr̄t̄ conclu-  
sis consilio Dei.

8. Istos lucifugas iam superant, a Theodorus Beza, b D. Ioan-

9. Afferentes falsum, fictum, blasphemum, impium, scelestum

10. Nos contrà asseueramus, Euangelij veram, solidam, incon-

cussam, constantemq; doctrinam esse, Christum non solum potuisse sua  
morte omnium misereri, si voluisse, sed omnium esse reipsa, & opere

ipso misertum, & seipsum non minus pro quo quis infideli, quam pro quo-

uis fideli, tradidisse in victimam pro peccato, nimurum, ut omnes, que-

quot sunt homines, liberaret à morte, Diabolo & inferno.

11. Hoc opus, inquam, pro omnibus præstitit, & vult ex animo,

ut unusquisque tantum collatum beneficium sibi per fidem vindicet. Qui

credunt Euangelio, & in fide perseverant, saluantur: qui verò Euange-

lio non credunt, aut cum crediderint semel, & postea (ut aliquibus fit)

à fide deficiunt: ex idunt acceptâ gratiâ, & condemnantur.

12. Hinc fit, ut aliqui saluentur, aliqui verò condemnantur.

13. Quanquam autem aliqui non credant: non tamen propter  
huius incredulitatem diendum est, Christum non fecisse, quod se fe-  
cisse in vniuerso Euangelio suâ clamitat: & hominum incredulitas veri-  
tatem facti non tollit aut abrogat.

14. Pro toto autem gerere humano esse mortuum, tres sunt ar-  
gumentorum classes: quibus euerendis omnis conatus erit irritus, nisi  
priùs qui hoc tentant, scripturam falsitatis arguant & conuincant.

15. Prima classis est eorum argumentorum, in quib. vniuersali-  
tas expressè continetur, quæ super omnes & singulos homines extenditur.

16. Ut cum legimus: a. Omnis Gentes esse benedicendas in  
Christo: b. Christum omnium peccata tulisse: c. pro omnibus factum  
esse propitiationem: d. semetipsum dedisse pro omnibus: e. mortuum  
esse pro omnibus: f. venisse, ut saluaret mundum: g. omnem carnem  
ei à Patre esse datam, ut omni daret vitam: h. Quotquot per Adamum  
sunt mortui, per Christum esse viuiscatos.

- a Genes. 22.
- b Esa. 53. Ioan. 1.
- c 1. Ioan. 2.
- d 1. Tim. 2.
- e 2. Cor. 5. Heb. 2.
- f Ioan. 3. & 12.
- g Ioan. 17.
- h Rom. 5. 1. Co-  
rinth. 15.



17. Ab hac generalitate nullus hominū excipitur, omnes enim & singuli homines, tanquam species & individua, huic includuntur generi.

18. Atque hæc generalitas redēptionis, includens totum genus humanum, vbiq; in sacra Scriptura posita;

19. Et in vniuersa Ecclesia Christi omnibus temporibus credita,

20. Aequè est firma atque certa, atque illa, cùm legimus & credimus, a omnes in Adamo esse mortuos, b omnes homines esse mendaces, c omnes declinuisse, d omnes esse sub peccato, e omnes conclusos esse sub incredulitate, f ex uno sanguine esse factum totum genus humanum.

a Rom. 9.  
b Rom. 3.  
c Rom. 3.  
d Rom. 3.  
e Rom. II.  
f Act. 17.

21. Sicut istæ propositiones non possunt particulariter accipi, ita neque hæc: quia sibi mutuò sunt in eodem respectu oppositæ.

22. Altera classis argumentorum est, vbi in sacra Scriptura, non genus tantum, sed etiam species, imò individua nominantur, tām eorum, qui credunt, & saluantur, quam eorum, qui non credunt, & non saluantur. Quibus omnibus Christus venit saluator. De credentibus nulla est quæstio.

23. De non credentibus tales sunt perspicui & aperti loci, cùm scriptura dicit: a Eos fuisse Christo insitos: b eis remissa fuisse debita: c Christum pro eis esse mortuum: d à Christo fuisse pretio emptos: e eos obliuisci purgationis veterum peccatorum: f excidere eos gratiâ: g rursus implicari peccatis: h redire ad vomitum: i denuò sibip̄ crucifigere Christum: k sanguine Christi fuisse sanctificatos: l Iudam à patre fuisse datum Filio.

a Ioan. 15. Rom. 11.  
b Matth. 18.  
c Rom. 14. 1. Corin. 8.  
d 2. Pet. 2.  
e 2. Pet. 1.  
f Gal. 3. Heb. 2.  
g 2. Cor. 6.  
h Rom. 11.  
i 2. Pet. 2.  
j 2. Pet. 2.  
k Heb. 6.  
l Heb. 10.  
m Ioan. 17.

24. De incredulis & pereuntibus sonant isti enumerati loci, & docent, eos à Christo quoque redemptos fuisse.

25. Qui huic scripturæ veritati vel tantillum derogant, in vniuersum nihil tribuent scripturæ, & eius veritatem tueri non possunt, nec pro se, nec contra alios.

26. Vnde emergit tertia argumentorum classis, quæ ostendit stupenda illa absurda, quæ necessariò ex Calviniana doctrina sequuntur.

27. Primò in dubium vocatur tota Christiana religio & fides.

28. II. Scripturæ talis asciscitur facies, ut verius mendacissimo Alcorano, quam Dei æternæ veritati similis fiat.

29. III. Damnatur Ecclesia Catholica & vera, quæ credidit.

A 3 & vno

& uno ore semper confessae est, Christum esse mortuum pro omnibus hominibus.

30. *III.* Homines adiguntur ad desperationem, cum nulli omnium hominum de salute sua quicquam constare possit.

31. *V.* Ponunt enim principium ad fallendum & decipiendum animas mero astu à Diabolo inuentum: quod est consequentia ex puris constructa particularibus. Exempli gratia: Christus pro aliquibus dunt taxat est mortuus: ergo etiam pro me mortuus est.

32. *VI.* Verum ista consequentia homines deludi, à verbo repellit, & in desperationem adigi, cuius iudicare per facile est.

33. *VII.* Abrogatur vniuersum Euangeliū, cum porrò nemo sciat, & quid, & cui predicandum sit.

34. *VIII.* Sacramenta tolluntur: cum baptisatis nulla certa promittatur gratia & salus: & Christi corpus atque sanguis nulli possit exhiberi pro certo: & pro certo à nullo accipi.

35. *IX.* Accusat Deus fraudis, quod aliud dicat, & aliud sentiat.

36. *X.* Accusat execrabilis mendacij, quod verbo afferat ea, quae ipse met stricto iudicio suo oppugnat veniat.

37. *XI.* Accusat Christus, quod falsa passione, falsoq; Euangelio deluserit primò Deum, à quo aliud mandatum, & sacro sanctum quidem, eternum & inuiolabile, nimirum pro paucis tantum moriendi, acceperit, quam re ipsa præstiterit: cum fateatur, se non pro paucis tantum esse mortuum, sed pro toto mundo, toto nimirum genere humano: quod esset contra consilium, beneplacitum & decretum Patris sui: deinde homines, cum tanta spe ora hominum suspendat, quasi pro omnibus esset mortuus, cum tamen, ut Calvinistæ fatentur, nihil insanus, & mendacius dici & excogitari poterat. Vnde si tales habet, estimandus est Christus, quod inani passione Deum vel homines deluserit: inquit vitiosa passione & Deo & hominibus illuserit.

38. *XII.* Sequitur & hoc: quod immensus & sanctus ille Deus Zebaoth, præsertim si isti suæ doctrinæ suum de Prædestinatione culmen imponant Calvinistæ, quod dudum fabricarunt, meritò accusetur crudelitatis, libidinis, & iræ augenaria, iniustiae, & breuiter pessimorum scelerum.

39. *XIII.* Ita,

39. XIII. Ita, ut præstaret Manichæorum, quæ Caluinista-  
rum gurgitibus absorberi: siquidem hi Deo, quem bonum nuncupant,  
originem & propagationem mali assignant: illi verò bono bona, & malo  
mala tantum assignarunt.

40. XIV. Et præstaret, quamvis religionem potius, quæ Caluinistarum sectari.

41. XV. Doctrinam horribiliorum, & quæ conscientias velocius atque miseriūs comprimat & suffocet, omnemq; gratiæ diuinæ gu-  
stum præcidat, nulla etas, & nulla apostatarum colluicies vñquam ex-  
cogitauit, quæ ista Caluiniana lues.

42. Idq; iusto iudicio Dei, siue Ecclesiam respicias, quæ de frau-  
dibus & imposturis huius sectæ sèpè monita, suum periculum non satis  
perpendere visa est: siue istos seductores respicias, qui cùm Christum ma-  
gnis clamoribus cœnâ suâ exturbare, in cœlum relegare empyræum, no-  
stras ad eum cum λόγῳ vnitum preces damnare cœperint, digni sunt,  
qui isto repleantur spiritu reprobo, cuius virtute & operatione incipiunt  
totum conuellere Euangelium Iesu Christi.

43. De ipsis non loquimur iam, qui eorum vñbetia sunt seducti:  
de his speramus, quod agnita ista pastorum suorum nequitia, ad pœni-  
tentiam flecti possint.

44. Est autem ista hominum insana & furiosa malignitas, at-  
que versutia aduersus Dei nomen excelsum, præludium stragis Ecclesiæ  
occidentalis, orituræ indubitanter, nisi huic malo occurratur.

45. Et multò manifestius, quæ Mahometismus olim fuit ori-  
entali. Quia ad nomen illud infastum etiam quodus Christianum pe-  
ctus contremiscere, & Satanæ ludibrium agnoscere potuit: iam aut̄ isti  
seductores, idem malū importantes, mira id vndique oblinunt fraude.

46. Intenti huic stratagemati, vt Christum totum primò ex  
cordibus, deinde ex scriptura, denique ex Ecclesia proflicant.

47. Occurramus itaque huic Caluinianismo in virtute & gra-  
tia Dei, atque fraudes eius vbique patefaciamus, & per verbum Dei con-  
fundamus, Deus ad sanctificationi nominis sui. A M E N.



155767

AB: 155767

ducam  
dñi 71

ULB Halle  
004 975 669



3





B.I.G.

Farbkarte #13

	Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86

COMPENDIUM  
THESIVM SAMVELIS  
HVBEBRIS

DE UNIVERSALI RE  
DEMPTIONE GENERIS HUMANI,  
FACTA PER CHRISTVM  
IESVM,  
*Contra Calvinistas.*



TUBINGÆ  
*Excudebat Georgius Gruppenbachius.*

1590.